



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

**M**oyses moriturus benedicit, quia benedictionē domini cōsequi nō possumus, neq; iudaei neq; gētes, nisi lex moriatur in nobis, id est, abrogetur ut amplius nō sit cōscientia de p̄tō, ut tametsi p̄ctōres simus, ipsa tamē nō amplius habeat ius & autoritatē nos damnandi. id quod nō fit nisi per Christū, Ephe. 2. Col. 2. Iacob uero moriturus, Gen. 49. non benedicit, sed pr̄dicit. Sic enī ait, Cōgregamini ut annūciem &c. Itarco quorundā maledictionē, quorūdā benedictionē pr̄dicit, quia uidebat ex sua progenie quosdā deo credituros, quosdā excandos. Nō ergo pugnāt, q; hic Moyses benedicit oībus, illic Iacob maledicit quibusdā. Maledictiones docent quid meriti sint, benedictiones quid deo debeāt. Nec mireris, q; et nos oēs sub maledictō sumus dānati legis sentētia à deo, & tamē quotquot credūt ex hoc maledictō per Christū aeterna benedictiōe eripiūtur.

Dñs de Sina uenit, nam illic dedit legem.

Et de Seir ortus est nobis, Nu. 20. & 21. Nam illic murmurantibus immisit serpentes ignitos & clamantibus ad se per Moysen ostendit mysterium redemptionis in serpente Aeneo exaltato, Ioan. 3.

Apparuit de monte Pharan, Nu. 10. & 11. ubi requieuit nubes & populus postq̄ à Sina abierat, illic dedit dominus coturnices & appellatus est locus sepulchra concupiscentiae.

L

Et cū eo sanctorū milia. Angelorū multitu-  
dinē intelligunt. Ego autē sanctos, de quibus sequitur,  
Oēs sancti in manu eius, significantur enim oēs electi  
esse cū deo, nō solum qui tūc erant in deserto quorū  
multi erāt increduli pro tēpore, sed etiam quotquot  
ab origine mundi usq; ad finē ipse nouit, omnes sunt  
apud eū, quorū pars erant illi tunc in dese: to.

In dextera illius ignea lex ad eos. Alijs  
lex litera manet, sanctis uero, id est credentibus, ignis  
est spiritus dei ardens in cordibus, qui est amor & re-  
cta uoluntas in dei lege. Ceterū nisi ignis legis arde-  
at in corde, foris est lex ignis horrendus qui cor fugere  
faciat à conspectu dei, quemadmodū supra de igne  
montis Sina horrendo uides, & Gen 3. De flāmeo ui-  
brātiq; gladio qui nō permittit ingredi in paradysum.

Dilexit populos. Heb. Qui fit ut tantū diligat po-  
pulos? Prouer. 8. Deliciae meae esse cū filijs hominū.  
Ephē. 1. Dilexit nos in Christo ante cōstitutionē mūdi.  
Nō nostro merito aut iustitia nos suscipit, sed quia ipse  
diligit &c. Ibidē, Fecit nos dilectos ī dilecto filio suo.

Omnes sancti in manu eius sunt, siue er-  
go nobis bene accidat, beneficium patris est, siue male,  
bona uoluntas patris est, qui quos amat, corripit. Om-  
nia electis cedunt in bonū, quia in manu dei perire nō  
possunt. Ioan. 10. Sicut nemo potest ex manibus patris  
rapere, ita & nemo ex manibus meis rapere potest,

quia ego & pater unum sumus.

Et qui appropinquāt pedibus eius accipient de doctrina eius. Id est, qui ad pedes dei cadunt non solū inuocantes, sed etiā suae sapiētię resignantes, quę est stulticia apud deū ut cūq; splendida sit hominibus, qui, inquam, sic humiliantur in conspectu dei, docebūtur, & illuminabūtur à deo ut sint θεοδιδάκτοι, alioqui ministerium uerbi per hoīes nullū erit, quo tamē medio uult deus ad hoīes uti. Sic Maria in Euangelio sedens ad pedes Iesu audit uerbum eius &c. Sūme est nobis hoc ipsum notandū, Nisi enim reliqueris tua non poteris quę dei sunt accipere.

Legē pręcepit nobis Moīses hęreditatem multitudinis Iacob, Id est, quę lex est hęreditas populi Israēl, sicut psal. 104. Et statuit illud Iacob in pręceptū & Israēl in testamētū eternū. Verū ex Heb. potes istos casus quoq; sic legere, Legē pręcepit nobis Moīses hęreditati multitudini Iacob. i. nobis qui sumus hęreditas & congregatio Iacob.

Erit apud rectissimum rex, Id est, deus erit rex & gubernator apud rectissimū. i. credētē Iacob, cū oībus principibus & tribubus Israēl. Ex Heb. hęc longe aliter sic, Et erat in plenitudine regis & cōgregabat principes populi cū tribubus Israēl, Id est, Moīses erat dux & doctor in pplo Israēl qui ppl's est plenitudo sui regis. i. Messię, qui caput est, & corpus eius

plenū sit & adunatur ex mēbris ecclesie, Eph. 1. & c.  
**Benedictio Ruben.** Ruben primogenitus erat,  
 sed quia scēdauit cubile patris sui, Gen. 35, translata  
 sunt primogenita ad filios Ioseph, Ephraim & Manas-  
 sem, & regnū ad Iudam, ut dicitur 1. Para. 5. Lex uer-  
 o sacerdotiū & primogenita transtulit ad Leui. Con-  
 solatur autē hic Moyses tribū Ruben, cū dicit, Viuat ru-  
 ben, & nō moriatur. i. nō pereat hęc tribus ē numero  
 filiorū Israēl, tamen pauco numero sit, id quod addit,  
 ut ueritas uerbi Iacob maneat, qui dicit, Non crescas.  
 Id quod tamen ex Heb. clarius legitur, Non excedas,  
 uel non sis superior. i. ablata tua primogenitura sis ut  
 unus ex posterioribus fratribus. Quid hęc, nisi q̄ Isra-  
 el quē reputabat deus primogenitū, ut uides Exo. 4,  
 abiectus est secundū carnem, ut electio cōsequeretur  
 saluē, Ro. 11. quę iam habet & regnū & sacerdotiū,  
 1. Pet. 2.

#### Benedictio Iudę.

Audi domine orationē Iudę inuocātis te pro populo  
 tuo in pręlio, & introduc eū ad populū suū. i. confor-  
 ta eū ut dux sit populi, tu constitue eū super populum  
 ducē. quā interpretationē genuinā puto, ut cōueniat  
 cū uerbis Iacob, imō cū tota scriptura de regno Iudę.  
 Lyranus autē putat de introductiōe ad populū in mor-  
 te, quę admodū supra de Moise & Aaron dictum est.  
 Vnde sequitur, Manus eius pugnabūt pro eo, scilicet  
 populo & c. Atq; hic uide incōprehensa dei iudicia, ut

dicit Paulus, Ro. II. ut non gloriatur in conspectu eius  
 ois caro. Omnia sunt exhibita carnalibus tribubus quae  
 dei uerbu[m] promittit, quae & fuerunt carnales promissio-  
 nes, Iacoco & aeterna data esse non potuerunt. Veru[m] ad  
 solu[m] Iudam ita oia translata sunt, ut apud eu[m] in eter-  
 num maneant in Christo Iesu domino nostro, qui est fili-  
 us Abrahae, filius Davidis, Matt. I. in quo benedicuntur  
 cu[m]ctae cognationes terrae ut semine Abrahae, Gen. 22.  
 Benedicere autem est sacerdotis, ut legis de sacerdotio  
 Melchizedec, Gen. 14. id quod interpretatur ex. Heb.  
 & hic Davidis filius dicitur in psal. aeternus sacerdos  
 secundu[m] ordinem Melchizedec, non secundu[m] externa  
 sacrificia Leui, qui offert sup altare thymiama & ho-  
 locausta, ut infra dicitur. Atq; hic quoq; occulte signi-  
 ficat sacerdotiu[m], cu[m] dicit, Audi domine uocem Iudae, ni-  
 miru[m] pro populo orantis, quoadmodu[m] et pro populo  
 pugnare scribitur. Orare autem & intercedere pro po-  
 pulo ad deum sacerdotis est officiu[m], quod Christus ex tri-  
 bu Iuda ortus praestat qui mediator est inter deum &  
 hominem deus & homo. I. Tim. 2. Et Iacob obscuris uer-  
 bis & metaphoricis describit Christi sacerdotiu[m], dicens,  
 Ligans ad uinea[m] pullu[m] suu[m] & id ad uitam o[mn]i filii mi asia-  
 nam sua[m], quae sunt animalia in die palmaru[m] a Christo  
 equitata. i. & Iudaei & gentes per Christu[m] alligati spu[m]  
 ad uiu[u] illud. i. uerbu[m] Euangelicu[m], de quo Prou. 9. Bi-  
 bite uinu[m] quod miscui uobis. Et in Canticis ca. 5. Bibi

uinū cū lacte meo, & ca. 7. Mane surgamus ad uineas  
 & c. Et addit, Lauabit in uino stolā suam, uestis Christi  
 est ecclesia, quā induit dū homo factus est, hāc lauit in  
 uino. i. uerbo suo, Ephe. 5. Idē est quod addit, Et in san-  
 guine uuae pallium suū. Quod uero additur, Pulchrio-  
 res sunt oculi eius uino, significat aspectu decorū esse  
 Christum, & nihil saueri esse in ipso, ut alliciat statim  
 peccatores, quē admodū in Canticis dicit sponsa, Dile-  
 ctus meus candidus & rubicūdus & c. Remissionē pec-  
 catorū in eo uides, non legis terrorē, ut in facie Moisi.  
 Et dentes eius lacte candidiores, quae est apertio oris  
 eius & suauitas Euangelij prae dicati in cordibus pecc-  
 atorū. i. omnium qui adflctis sunt cōsciētis & sentiunt  
 sua peccā. Hae duo ita psal. 44. de Christo dicuntur, Spe-  
 ciosus forma prae filiis hominū, diffusa est gratia in la-  
 bijs tuis. Hae omnia quis nō uidet ad sacerdotium per-  
 tinere? Porro de regno Iuda quid attinet admonere  
 cum & hic & in uerbis Iacob potentia regia cui nul-  
 lus praeualere possit non obscure describatur? quae in  
 Christo manet aeterna, Esa. 9. & Lucae. 1. & c.

Benedictio Leui, Deu. 28. legitur, q̄ sacerdos  
 debet habere ante pectus in rationali iudicij doctrinā  
 & ueritatē, uel proprie ex Hebraeo, perfectionē & lu-  
 men. Eadē aut uocabula sunt & hic. Quo significatur  
 doctrinā prae dicatoris oportere esse sanā secundū uer-  
 bū dei, ut ait Paulus, cui nihil desit neq; aliqui d' huma-

p̄fecis sit ad ditū, ut possit uere esse lumē & illumina-  
 tio cordium. Hæc duo præstitit insigniter & uel solus  
 summus sacerdos Christus, quē qui sequitur nō ambu-  
 lat in tenebris &c. Ait ergo ad sacerdotiū quod erat  
 ex Leui. Perfectio tua & lumen tuū orando & docen-  
 do, à uiro sanctitatis tuæ uel secundū uirū misericor-  
 diæ tuæ, id est sit quemadmodū erat in Moise qui tibi  
 sanctitatē & misericordiā ô Israel, uel ô Leui solebat  
 impetrare peccanti. Aut tua doctrina nō sit alia q̄ uer-  
 bum dei habet à Moise descriptū. Quē Moisen pro-  
 basti ut incredulus in tentatione, Heb. In Massa, qui uī-  
 detur esse locus ubi erat aqua cōtradictionis. Et iudi-  
 casti, Heb. ubi rixati estis ad aquas cōtradictionis. Sed  
 quare ista periphrafi descripsit Moisen? Respondeo ut  
 sciat Leui & cūcti fideles, q̄ hoīes quātūcumq; sancti  
 errant & peccant dū deserūtur à deo, dū nō hærent  
 simpliciter in uerbo, sed potius uidēt in id quod ap-  
 paret siue dulce siue amarū, ne ualeat hoc argumentū.  
 Ille fuit sanctus, ergo errare non potuit, ualeat autem,  
 Ille secutus est dei uerbum, ergo errare non potuit.

Qui dixit, uel qui dicit patri suo &c. Oblati erāt  
 leuitæ deo p̄ primogenitis filiorū Israel supra ca. 10.  
 Iccirco nō agnoscebant carnis cognationē, qui tamen  
 paterna bona iure requirebāt, ut supra ca. 13. ut uide-  
 as ueros leuitas hic descriptos, genus scilicet regiū &  
 sacerdotale, in illis leuitis qui tunc externo dei cultui



dediti erāt & internū secundū dei uerbū docebant.  
 Sunt autē ueri Christiani, qui resignāt & mortificātur  
 oībus quæ ipsorū sunt propter Euangeliū dei, sicut &  
 Abrahā & c. Hi, inquit, custodiēt ō deus uerbū tuū &  
 testamentū tuū, & docebūt iudicia tua Iacob & legē  
 tuā Israēli. Vbi nota rectum ordinē, primū custodient  
 uerbū, deinde docebūt. Præterea orabūt, id quod sig-  
 nificatū est in thimiamate & holocaustis, quæ ut lex  
 dicit, reddūt odorē deo suauitatis. Ita orationē inter-  
 pretatur ille in Apoc ca. 8. Hæc oratio opponitur fu-  
 rori domini, quæadmodū exemplū sæpe præstitit Moi-  
 ses. Benedic domine fortitudini eius. i. adauge robur  
 spūs quod in eo cœpisti ut crescat ex fide in fidem co-  
 gnitione tui. Et opera manū illius suscipe. i. placeat ti-  
 bi quod ex fide uerbi tui tibi obtulerit. Percute & c.  
 Ista est maledictio in eos qui persequūtur uerbum dei  
 & uerbi præcones & c. Iam uero uide, q̄ carnē nō re-  
 spicit deus, sed fidem, has enim oēs benedictiones quis  
 dubitat datas credentibus? In oībus tribubus qui cre-  
 dunt benedicūtur, qui nō credūt maledicūtur. Id q̄  
 uel ex isto libro notissimum est. Vnde Simcon & Leui  
 maledicūtur à Iacob, propter infideliter occisos Sichi-  
 mitas, Gen. 34. Quod autē additur, Diuidam eos in Ia-  
 cob & c. lex postea uertit leuitis in benedictionem &  
 tamē māsit uerbi ueritas. Tribus uero Simcon habita-  
 bat in medio filiorū Iuda Iosue. 19. & paucō numero

erat respectu filiorū Iuda, & quidā egressi occupaue-  
runt terrā fertilem in qua habitauerāt quidē de stirpe  
Cham, quidā uero partē montis Seir, ut dicitur. 1. Pa-  
ra. 4. Quia uero prophetiæ lōgius respiciūt, nō obscu-  
re Iacob significat sacerdotes & qui habitauerunt in  
Iuda occisuros nulla ratione sed furore & impia uolū-  
tate Christū qui est ille thaurus armenti dominici, un-  
de ait pro se & oībus credentibus Israēlitis. In consi-  
lium eorū non ueniat anima mea &c.

**Benedictio Benjamin.** Iacob dicit, BenIa-  
min lupus rapax mane comedet prædam, uespere diui-  
det spolia. Quod putāt in Saule qui erat ex tribu Ben-  
Iamin cōpletū, qui mane. i. prius uorabat, inclytus rex  
aduersarios populos, quādo fesus est deo. Vespere autē  
.i. deinde, amisit prædā. i. hostibus succubuit & regnū  
amisit. Hic Benjamin primū exaltatus in regnū, dein-  
de regē & regnū amisit. Sunt qui referūt nō male ad  
historiā, q̄ Benjamin erat fortissima ad præliū tribus,  
sed ob scelus in uxore leuitæ penē extincta, Iudic. 19.  
20. & 21. Sed hoc interim obest, q̄ in prædictis histo-  
rijs necesse fuerit accipere, diuidere spolia pro amitte-  
re. Quod si in Paulum apostolū respicias, is hæc cōpte-  
uit qui erat ex tribu Benjamin, ut ipse dicit Phil. 3. Hic  
mane persequabatur dei populū, uespere prædicauit  
& distribuit eloquia dei, & dei auxit & paut popu-  
lū. Moyses uero hic ait, Amantissimus domini dei, quo

alludit ad hoc q̄ Benjamin erat multū dilectus patri Iacob & fratri Ioseph, Habitabit confidēter in eo, id est domino. Tota die. i. iugiter cōfidet in eo. i. domino, & requiescet inter hūeros illius. i. domini. Hoc est sub alis & protectione dei, quasi sub alis gallinæ, ut sepe in psalmis. Quo uides fiduciam Benjamin in deū descriptā, qua nulla potest homini maior benedictio dari. Hoc uero referunt ad hoc, q̄ Hierusalem & templū erat in tribu Benjamin, Iosue. 18. & 1. Para. 8. ubi erat cultus dei & locus quem elegerat deus in habitationem sibi. Non male retuleris hoc quoq; in Paulū apostolum & quotquot eam sequuntur quā ipse prædicauit doctrinam, quæ nihil aliud docet quā solam in deum solum fiduciam.

Benedictio Ioseph & filiorū eius Ephraim & Manasse, qui adoptati sunt à Iacob in filios, Gen. 48. quæ benedictio est fructifera terre quā possiderunt istæ duæ tribus. Et præterea illic constitutum est regnum Israel & Hieroboam primus rex illic erat, licet impius. Carnalis enim hæc est benedictio seruata filijs Ioseph, sicut seruata fuit quæ data est Esau & Hismaeli. Ait ergo, Terra eius, id est, Ioseph, de benedictiōe uel in benedictione domini est. Illic enim sunt fructus ex cælo, ex rore, & ex profunditate, fructus ex fecunditate solis ac mensuum, de uertice montium præcipue, & de collibus perpetue, & de terra & ple

nitudine eius. Benedictio illius qui apparuit Moysi in Rubo, id est, dei, Exo. 3. Veniat super caput Ioseph & super uerticem Nasarei, id est, eiusdem Ioseph sancti inter fratres suos. Gloria eius quasi primogeniti thauri qui deo offertur, qui robustis paulatim augetur uiribus. Alludit uero per hoc ad adoptatam primogenituram filijs Ioseph, de quo supra diximus. Cornua monocerotis sunt cornua illius, quo significatur potentia regni Israël siue Ephraim. Monoceros animal sese uinci non sinit & seruire contemnit. Iob. 39. His cornibus, inquit, uentilabit gētes usq; ad terminos terræ, quod intellige usq; ad mare uel p̄ hyperbolem usq; ad fines orbis terræ. Id quod potius ad Christū referemus, quē ille Ioseph uenditus à fratribus & inter gētes rex factus significabat. Hic est uere Nasareus .i. sanctus & domino cōsecratus, de quo dicit dominus in psal. Super ipsum effloreat sanctificatio mea. Et addit, Hæc est multiplicatio & benedictio Ephraim et Manasse. Hic erat primogenitus natus, sed ille in benedictione Iacob prælati est, Gen. 48. uterq; tamē benedictus, qui significabant duos populos non natos deo sed electos, uerum gentium populus qui uidebatur posterior factus est maior, prioris populi uix reliquijs saluatis. Similia ferē sunt quæ Iacob dicit in benedictione Ioseph. Filius accrescēs Ioseph filius accrescēs, quo alludit nomē eius quod interpretatur accrescēs, & decorus aspectu. Filia

discurrerūt super murū. i. eius aspectus desiderābatur  
 à fœminis Aegyptiorū dum gloriosus illic erat in re-  
 gno. Id quod metaphorice pertinet ad ciuitates ab eo  
 rectas quas filias uocat, sed qui habebāt iacula. i. inui-  
 di fratres, persecuti sunt eū, uerum in forti deo fortis  
 & infractus mansit arcus, brachium & fiducia eius.  
 Sed potius ista oīa respiciunt regnū Israël quod man-  
 sit in Ephraim, quia Iacob futura nunciat, quod sepe  
 ab aduersarijs impetitū tamē stetit, deo etiam impios  
 seruāte, donec ipse deus per Assyrios perditū uoluit.  
 Vnde addit, Unde pastor egressus est lapis Israël, scili-  
 cet Hieroboam rex. Deus ō Ioseph benedicat tibi oī-  
 bus benedictionibus fructuū terræ & uberum & uul-  
 uæ, id est, ut pluribus abūdes filijs. Benedictiones pa-  
 tris tui Iacob efficaces sunt & benedictiones patrum  
 meorū Abrahæ & Isaac. i. quæ benedictiones eis pro-  
 misse sunt & dilatandū esset semen eorū ut astra cœli  
 & arena maris. Efficaces, inquā, sunt secundū deside-  
 rium sublimiū in seculo. i. secundū oīa quæ mūdi po-  
 tentes desiderare possent. Ex Ioseph fiant capita. i. re-  
 ges, & summi Nasaræi. i. sancti & magni uiri & pro-  
 phetæ inter fratres eius. In regno Israël propheta fu-  
 isse testatur historia Regū. Nostra translatio habet, Fi-  
 ant in capite Ioseph. i. benedictiones patrum ueniant  
 super caput eius, & super uerticē Nasaræi, id est, eius-  
 dem Ioseph inter fratres eius.

**Benedictio Sabulon.** *Letare Sabulon in exitu tuo, diues enim terra tua erit ut gaudeas quocunq; te uerteris in terra tua.* Iacob similiter dixit, Sabulon in littore maris habitabit & in statione nauium, pertinens usq; ad Sydonē, quo situm terræ Sabulonis diuitem mercibus aduectis prædixit.

**Benedictio Isachar.**

*Letare Isachar in tabernaculis tuis, quo significat quietis amantes futuros ex Isachar studio legis & doctrinæ, id quod sequitur. Populos uocabunt ad montem, scilicet Sion, hoc est docebunt alios ut seruiant deo secundū legem.* Sic legitur & 1. Para. 12. *De filiis quoq; Isachar uiri eruditi qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israël &c. qui & fortissimi scribuntur fuisse. 1. Para. 7. & tamen eligebant magis seruire tributis exterorū regum uel Assyriorū, licet procul essent à mari inter reliquas tribus quasi in tuto loco, q̄ amare bella &c.* Hoc est quod Iacob dicit, *Isachar asinus fortis accubans inter terminos, uidit requiem q̄ esset bona, & terrā q̄ optima, & supposuit humerū suum ad portandū, factusq; est tributis seruiens.* Hic uero addit, *Qui scilicet Sabulon & Isachar, quia uicini habitabāt sugent copiam maris. i. ditabuntur ex mercibus maris & ex thezauris arenarum uel naufragio proiectis, uel absconditis in terra, ut significetur illic metallorū effosio fuisse.*

**Benedictio Gad.** *Benedictus in latitudine Gad, qui non solum suos terminos sed & aliorū dilatauit dū armatus præcessit ante filios Israël. Iosue. 4. Quasi leo requieuit in sua sorte cœpitq; brachium & uerticē, id est, nemini aduersariorū pepercit, id quod tamen completū est in Iehu rege. 4. Reg. 10. dum Baal destruit duosq; reges & Iesabel & c. Vnde sequitur, Et uidit principatum uel principium suum, q̄ illic qui docere solebant ueritatem cogebantur tacere, & uenit cum principibus populi Israël & fecit quod dominus uoluit. Caterū impietas eius hic tacetur, ubi meræ sunt benedictiones. Iacob dixit, Gad accinctus uel armatus ducet exercitum & reducet, Iosue. 4. ut supra.*

**Benedictio Dan.** *Dan catulus leonis qui rapit prædam. Fluet ex Basan, id est, abunde ex Basan ei adducetur copia omnis alimonie. Ego tamen puto Basan appellatiue positū pro pinguedine, ut fluat pinguedine, id est, abundantia omnium rerū, quemadmodum tota terra dicitur fluere lacte & melle. Prophetia de catulo leonis impleta est in Samson, Iudicum. 15. & 16. Vnde ait Iacob, Dan iudex erit in populo sicut alia tribus in Israël. Fiat Dan coluber in uia, & cerasus in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Talis factus est Samson Philistæis aduersarijs. Hic adiecit Iacob uel pro se uel pro Samsonne, qui æque sperauit in deo, Domine salutare tuū ex*

ſpectabo, non enim contemnenda egit per eum domi-  
nus &c.

### Benedictio Nephtalim.

Nephtalim omnibus rebus per deū abundabit, & eius  
ſors erit ad mare & meridiem, Mare accipiūt pro ma-  
re Galilee. Verum ex Hebræo legendū ad occidentem  
& ad meridiem. Iacob dixit Nephtalim ceruus uelox,  
dans pulchra eloquia, Id quod eſt impletū in Debbo-  
ra prophetiſſa & Barac duce, Iudicū. 4. & 5.

**Benedictio Aſer.** Aſer abundet filijs, acce-  
ptus ſit fratribus, & fluat illic oleū, ita ut pes tranſeun-  
tium tingatur in oleo. Ferrum & minera ſit ſub pedi-  
bus eius. i. illic ſit in terra ut ſodiatur. O Aſer tua pro-  
ſperitas bene coepta bene finiatur. Iacob dixit, Aſer  
pinguis panis eius & præbebit delicias regibus, id eſt,  
omnes deliciae & regales dapēs erunt in Aſer.

**Bñdictio totius ppli ſed certe credētis.**  
Non eſt aliquis deus ut deus recti. i. iuſti hominis per  
fidem. Qui habitat in caelo ſit adiutor tuus. Magnifi-  
centia eius eſt in nubibus, quæ nubes & cœlū ſunt ha-  
bitatio eius ab initio cōditi mūdi, ſurſum, & ſub caelo  
ſunt brachia, id eſt potētia qua condit, gubernat, pro-  
tegit omnia. Non conſiſtet coram eo inimicus tuus, &  
dicet, Conterere, id eſt, ſolo uerbo & ſentētia oris ſui  
ad nihilum redigetur inimicus tuus. Habitat in Iſraël  
confidenter fiducia in deum & ſolus, id eſt, ſecurus  
ab hoſtibus ſue gentibus, pſal. 4. Eſai. 32. Hiere. 13.



Esa. 2. Michea. 4. *Quae repetuntur ex lege Leuit. 26.*  
 Absq; pauore habitabitis in terra uestra, dabo pacem  
 in sinibus uestris, dormietis & non erit qui exterre-  
 at &c. Sequitur, Oculus iacob &c. Id est, illic habita-  
 bit ubi uidebit omnia benedictione dei è caelis abun-  
 dare. Beatus tu Israël. Quis similis tui? non enim fecit  
 taliter omni nationi, popule qui saluaris non gladio  
 tuo, uiribus tuis aut iustitia sed per dominū qui est scu-  
 tū protectionis tuae & gladius in quo gloriaris & su-  
 perbis. Inimici tui negabūt te .i. te maledictū populū  
 uocabūt qui nō sis dignus uiuere inter hoīes. Heb. Inī-  
 mici tui deficient. Lyranus quoq; legit, Inimici tui mē-  
 tientur tibi. Tu autē sublimitatem eorū calcabis.

## CAPVT XXXIIII.

**C**VM accepiſſet Moyses ſentētiā mortis ſuae  
 à domino benedixit, ut dictū eſt, & ſtatim  
 aſcendit obediēs dci uerbo, & mortuus eſt  
 in domino, et dux populi factus eſt ioſue.

Vidiſti.] Lex uidet qua eundū & oſtendit, ſed non  
 perducit &c. Mortuus] ſcilicet in terra Moab in  
 loco ubi deſcripſerat Deuteronomium ſupra ca. 3.

Et non cognouit &c. Ne ſcilicet populus re-  
 liquiſ abuteretur illius per quē tanta beneficia acce-  
 piſſet. Stulti enim in opera ſanctorū reſpiciunt obli-  
 to eo qui talia per eos fecit. Diabolus uero qui ſemp ad-  
 uerſatur